



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

40. De optima figura dicendi. & de Decoro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Porus Me-
vidu filius.
Abundan-
tia Pruden-
tia filia.

Ors γὰρ ἐγλυφῆς ἢ ἀρροδίτη εἰσιδῶν οἱ ἄλλοι
Dei, ἃ ὁ τῆς Μῦθις ὁ γὰρ πορῶ, & quæ
sequuntur de Poru filio Meridis, hoc est, Vber-
tate, filia Prudentiæ Item in Phædro, quod Ci-
cadæ aliquando homines fuerint, antequam
Musæ extitissent. Proximè delectant, quæ ad
fabulas accedunt, habent tamen speciẽ verita-
tis, quæ dum recitantur, ipsa permotione animi
instillantur suavis. Tertio loco memorantur
ab Hermogene, quæ sensu nobis sunt suavia, vt
vermiculatum syderibus cælum, camporum,
tractus, nemorum umbræ, pellucidi amnium
liquores, nequorum soni, ciborum cupediæ,
auri fulgor, micantis purpuræ decor. Hæc &
similia, dum dicuntur, placent, quia amabilem
sui speciem augetur. Quis ista Sapphonis nõ
lubenter audiat? Ἀμφὶ γυῖα φυχρὸν κελὰ εἰ
δὶ δόδων μὴ ἴτων, ἃ ἀβροσομέω ἢ πρόμαρ κῶ-
μα χεταρῆι. Maxime autem afficiunt ἐρωλεχὸν
ἐπνοιῶν. Et ideò Heliodori Æthiopica, &
similes, qui circumferuntur libri, tam auidè
leguntur, magno aliquando honestatis dis-
pendio.

Sappho.

Rerum porò nouitatem, aut voluptatem
necessariò sequitur permotio, quæ inquit nar-
rationibus sensum titillat, etsi doloris ipsa fue-
rit, tamen delectat: nam qui tragicos heroum
casus audiunt in theatris, ex ipsis lachrymis
hauriunt voluptatem.

ἡδὲ μο-
ρατα oras.

Hæc autem morata oratione omnia tempe-
rati, & quasi animari oportet, hanc Græci
Rhetores ἡδὲ vocant; cuius est, decorum in
personis obseruare, & unicuique, quod mores
& ratio vitæ postulant, tribuere; qua virtute
nihil est in tota eloquentia artificiosius; cui
ἐπιμύθεα solet annexi, quæ modestos, & ama-
biles oratoris mores demonstrat. Res conse-
quuntur verba, & numeri; de quibus ita præ-
cipit Tullius; Suaeque genus erit primùm ele-
gantia, & iucunditate verborum sonantium,
& lenium; deinde, coniunctione, quæ neque
asperos habeat concursus, neque disiunctos,
atque hiantes; & sit circumscripta, non longo
anfractu, sed ad spiritum vocis apto, habeatq;
similitudinem & qualitatemque verborum, tum
ex contrarijs sumpta verbis, Crebra crebris,
paria paribus respondeât, relataque ad idem
verbum, & geminata, atque duplicata, vel et-
iam sæpius iterata ponantur, constructioque
verborum, tum coniunctionibus copuletur,
tum dissolutionibus relaxetur.

ἐπιμύθεα.
Verborum
delectatio ad
suauitatem.
Vide Dion.
Hal. p. 187.
περὶ ἀμύθε.
ἰαυδῶν ὁ.
ubi fusè de
scribit.
Cicero in
Partition.
oras.

Primùm igitur præcepit, vt verba sine so-
nante, & leuia, quod multis proficitur. Dio-
nyf. Halic. in libello περὶ στυλιῶν ὁ οὐκ ἔ-
ταιν, & selecta habet exempla, quibus ofen-
dat antiquos in descriptione rerum suauium,
atque amabilem lenibus vocabulis vlos, con-
tra in molestis, aut grauibus nomina ad mate-
riam accommodasse: quid illis dulcius?

ὄβριος ἢ κε κόμας βακχίδων ἀνεὶ οὐσίας.

dissonam
Casariam nato genere, luno, diuuenta
Euryperum, ὅτι λαὸς οὐκ ἔσθλατ ἡμῶν.

Et illa Platonis in Axiocho, quantam ha-
bent nominum iucunditatem? ἐνθα ἀφρονὶ
μὲν ἄρα παρὰ κἀρπὸν γόνυ βρέθῃ, ἢ ἀφῶν
τῶν κατὰ τὸν βίον. Itè Ciceronis, At verò,
quanta maris est pulchritudo: quæ species v-
niuersi: quæ multitudo, & varietas insularum?
quæ ἀεικνίτας oras, & littorum: quot ge-
nera, quæque que disparia, partim submersarum,
partim fluitantium, in astantium belluarum;
partim ad saxa natiuis testis adherentiũ.
Contra in Thucydide, quod notat Halicarn. & in
Homero, & cæteris, pleraque de industria in-
uenias austera, &, vt ait Demetri. Phalereus
ποτα μὲν ποσσὶν ἔχοντα

Exempla
suauitatis.
Homerus,
Odysf. 6.
Virgilius
Æn. 1.
Platonis in
Axiocho.
Cic. 2. de
nat. deorũ.

Secundo notat structuram orationis, quæ
fermè est in isto dicendi genere, sine vlla hia-
tu, & collisione vocalium. Tales sunt Isoet. o-
rationes totæ ductiles, in quibus rarè synalæ-
phas, difficile ἡμεροῦν inuenias.

Tertio notat mediocritatem periodorum,
quæ etiam ad suauitatem attinet: austerrum e-
nim est & graue longis orationis anfractibus
elidere spiritum.

Potremò varias figuras dictionis enume-
rat, vt antitheses, Isocola, anaphoras, anadiplo-
ses, &c. quæ orationi iucunditatè aspergunt,
& hæc de florido, & elaborato stylo.

De optima figura dicendi, & de decoro.

CAPVT XL.

Verum quæres, quid in tanta styli varietate
constituendum sit, & quis demum opti-
mum oratorem character deceat. Est illud
quidem in rebus humanis satis vsu comproba-
tum, nihil ex omni parte beatum esse, & vt ait
Homerus. ἔρερον τῆ ἐδέων τῶν ἔρερον ὁ
ἀνέκνιστορ. Hoc ipsum in ratione dicendi con-
tingit, in qua rarè reperias oratorem ex omni
parte

parte absolutum At si quis talis esset, ut pro re- rum varietate omnia dicendi genera perfecte tractaret, is demum videretur perfectionis apicem consecutus: quod vnus Cicero supra Græcos Latinoque admirabili dexteritate videtur præstitisse.

Ἀθηναῖος
ἤσκησεν

Is orator à Græcis dicitur Ἀθηναῖος, & hæc est, ut ait Hermogenes, ἐπιτόμιος, χρηστὸς ὅρων πάντων εἰς τὸν λόγον. Rectus vnus omnium generum dicendi.

Πολιτικός
λόγος

Eadem Ἀθηναῖος dicitur πολιτικός λόγος, quod perfectum in rebus ciuilibus oratorem, his omnium virtutum generibus expoliturum atque illustratum esse oporteat: οὐ μὲν τῇ ἀρίστῃ μίσει χρητάδιον τῶν τ' ἀριστὸν δηλαδὴ τ' πολιτικῶν λόγων ἐργάζεσθαι.

Atque in eo maxime spectandum est decorum personarum, ætatum, locorum, temporum: quod eruditè notauit Lud. Viues.

Eloquentia
sive stylus
puerilis.

Si puer est, dicit sententijs paruis, leuiculis, friuolis, argumentis infimis, locis inanibus, excursionibus ad fabellas, & nugas, iocis frigidis, improprijs translationibus, crebris figuris similiter cadentibus, & desinentibus, tinnitu compositionis, & delictijs comparatorum, cōpositione obscura, & hoc in puero non modò toleratur, sed etiam plerumque placet.

Iuuenium
oratio sive
stylus.

Iuuenilis oratio solet esse nimia, calore pugnae, accurata, ornamentis illustris, compositione concinna, & suavis, erecta, audax, præculta, interdum deliciosa, lasciuia, ludibunda, structura molli, & delicata, Corinthijs operibus non dissimili: vbi deseruit calor, apparet meticulosa, circumspècta, pederentim ingrediens, repressa tractatione affectuum, pugnantia argumentorum, ornamentis quoque, & cultu diminuto.

Virorum.

Virilis solet esse magni ponderis, profundæ intelligentiæ, argumentis solidis per texta, circuitu soluciore, nõ tamè diffuso, aut neglecto: in ea translationes parciores, figuræ ac schemata rariora, verba nec noua nec obsoleta, translationes & superlaciones sobriæ, grauitas in asserendo, contemptus minutarum, & quod extremũ est, grauitatis angustus quidã decor. Senibus pressum, mita, & sanctum tribuitur. Iam verò si conditiones spectentur:

Principum.

Principum conciones esse debent magnificæ, puræ, electæ, paræ verbis, amplæ sententijs, sensu simplici, prudenti, graui, sedato.

Rhetorum
Politicoꝝ.

Rectores politici, accurati sunt, & climati candidi, graues, ab affectione, & puerilibus

motionibus alieni, ut videantur non è schola quæsiisse, sed hæreditario quasi iure nobilitatis a parentibus possedisse eloquentiam.

Conciatorum

Conciatorum oratio debet esse solida, grauis, sancta, casta, sobria maxime, vbi de Deo & arcanis mysterijs, ut in principijs fieri solet, adhuc sedatus sermo est: Alius ingressis licet se attollere, figuris copiaque & laxitate orationis diffundere: semper tamen apud populum dicentibus competunt propria vocabula, aptæ translationes ex rebus notis, conformationes & figuræ omnis generis, oratio plena, succulenta, clara, disertæ, exemplis & dictis intertextæ, & vbi opus est, incitata, ardens, pugnans.

Philosophorum

Philosophi sermo de virtute simplex sit, purus, integer, validus, sanctæ matronæ non dissimilis, quæ extra fucum naturali pulchritudine enitescit. De rebus naturalibus erit acutus, ostens, adstrictus, enucleatus.

Sophistarũ

Sophistæ, aut Rhetoris ad voluptatem dicentis genus dicendi est teres, lene, succisum, candidum, molle, pellucens, illex, omnibus gratijs & veneribus affluens. Si personæ auditorum considerantur, qui cum autoritate loquitur ad inferiores, totus est in rebus, circumstantias personarum minus curat, quanquam & prudentibus curandæ sunt. Nullus est ad eò abiectus, cui non aliquid debeatur, habet & pilus vmbra suam.

Decorum.

In oratione minoris, ad maiorem personam debet eminere sollicita reuerentia, & pudor. Orationes modulata, canora, subtiles, arguta, quæ nimis libere, aut ludere, aut quod magis impensum est, docere videntur, viris grauibus vulgò displicent, cum à iunioribus dicuntur.

Ad summum videndum an locus sacer sit, an profanus: in profano ciuilius, in sacro angustius & sanctius, præcis aulicorum flosculis, agendum: Deinde tempora etiam incurrunt, & negotia, in quibus modò venans & læta, modo simplex, horrida, & quasi detractis ornamentis debeat esse oratio. Nonnunquam tonandum, fulminandum, frangendum: nonnunquam etiam superciliosi, morosi, suspicaces, irritabiles, blandè, circumspèctè, remota omni ambiguitate, & quasi molli articulo tractandi: Consilium resque locisque dabunt.

Satis de optimo genere eloquentiæ dictum est. Nunc de ingenio, doctrina, exercitatione, & imitatione, quibus præsidijs ipsa comparatur.

Finis libri secundus.